17

VIXIT

Adm^o Rd^o P: Ludovicus Gruber Schirslinganus Austriacus, quondam Concionator ordinarius, dein Culinarius, et Camerarius, nunc Vinearum Praefectus, in Austria inferiori.

In Religione 27 in mundo 47 annis,
Et mortuus eſt.
Rotulares breviter expedimus,
Quia Defunctus noſter fors alibi
Jam ingemiſcit:
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.
Officia per quæ tranſijt,
Non attendimus;
Eundem nunc unicè recommendantes
Ad Officium Defunctorum.

Ad-

Admittite
Colendiſſimi DD. Confœderati,
Ut
Suggeramus Vobis aliquid
Defuncti nomine, Pauli verbis:
Obſecro ergò Vos, Fratres, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & per charitatem S. Spiritûs; ut adjuvetis me in Orationibus veſtris pro me ad Deum. Rom: 15.

Valete

Dabamus è Monaſterio Gar-ſtenſi Ord: S. Benedict: ipſiſſimâ mortis. *Die 14 Novembris 1717*

Colendiſſimis DD. Confœderatis

Addictiſſimi

Ambrosius Abbas

P. Udalricus Prior & Conventus

+

Proxime satisfacient Benedictini viennae ad Scotos.

Carolus Abbas
P. Benedictus Prior
et Conventus. die 28 Novbr.

Consueta Suffragia quoque persolvent Benedictini Altenburgenses. Datum ibidem die 28: 9bris 717

Placidus Abbas
P. Magnus Prior
et Conventus.

Quam proxime satisfacient Coll. B. Mariae in Austria Inferiori die 28. Novemb. 717.

Joannes Carolus Kamperer [illegible]ria
Praefectus.

Consuetis Suffragijs quantocyus subvenient Canonici Regulares Claustro-neoburgenses.
28. 9bris 1717.

Ernestus Praepositus
Gilbertus Decanus
et Capitulum.

Pro tam officioso Obie dfto adm. Rdo ac Eximio Dno P. Ludovico officiosum Placebo Domino, mox decantaturi hodie progredimur. Cras Sacrificiu Requiem: Benedictini Gottvicenses.

Godefridus Abbas
P. Gregorius Prior
et Conventus die 30 novemb.

Proni in petita ibunt foederati Mellicenses. 3. Xbris.

Bertholdus Abbas
P. Valentinus Prior
cum Conventu.

quo arctiori foederis vinculo constricti, eo maiori promptitudine pro defuncto satisfacient Canonici Regulares Waldhusij.

die 3. Xbris 1717.

Augustinus praepositus
et Abbas Lateranensis.
Franciscus Josephus Müller
Decanus
cum Capitulo.

Ut defunctus Reverendus Pater Ludovicus aeternam capiat requiem, ex foedere obligati parentabimus ad aras in Monte Pomario

3 decembris 1717

Candidus Abbas
P. Otto Prior et
Conventus.

Satisfacient proxime obligationi ex foedere contractae, ac consueta suffragia pro Adm. Rodo P. Ludovico persolvent Benedictini Seittenstettenses.

5 decembris 1717.

Ambrosius Abbas
P. Modestus Prior cum
Conventu.